Sed ꝯ istā ꝯclusionē pōt sic obijci. sit. a. equale. b. c. āt maius. d. vero minus: tūc per quintā suppōnē c. haberet proportionē maiorem ad. b. q̄ꝫ habeat. a. et. d. minorem. et proportio. a. ad. b. est equalitatis proportio. ¶ Ad idem. sint. a. et. c. equalia: et sit vtrūqꝫ illorum duplum. b. tunc. a. et. c. duobus extremis interponitur medium: cuius ad vtrūqꝫ est aliqua proportio. ergo per secundam suppositionem proportio. a. ad. c. componitur ex proportionibus. a. ad. b. et. b. ad. c. et proportio. a. ad. c. est proportio equalitatis. ergo tam proportio dupla q̄ꝫ subdupla proportione equalitatis est mior. ¶ Ad idē. sint. a. b. c. tria equalia: tunc per secundam suppositionē proportio. a. ad. c. est composita ex proportionibus. a. ad b. et. b. ad. c. et iste ꝓportiones sunt equales: ergo ista est dupla vtriqꝫ illarum. ¶ Idem potest argui per quintū elementorum Euclidis dicentis. cum fuerint tres quantitates continue proportionales dicetur proportio prime ad tertiā proportio prime ad secundam duplicata. sed. a. b. c. sunt tres quantitates continue ꝓportionales: ergo proportio. a. ad. c. est proportio. a. ad. b. duplicata. ¶ Pro primo istorum dicendū ꝙ Euclides intelligit quintā suppositionē de quantitatibus inequalibus cōparatis ad tertiam in eodem genere proportionis: ita ꝙ vtraqꝫ cōparat illi ī proportione ineq̄litatis minoris. ¶ Pro scd̄o dicendū ꝙ scd̄a suppositio intelligitur de talibus extremis et medio: quorum primum est inequale tertio. mediū quoqꝫ vtriqꝫ. Per idē patet ad tertiū. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ euclides intelligit tantū de qualitatibus proportionalibus proportione inequalitatis maioris: et sic cessat omnis obiectio. ¶ Nulla ꝓportio maioris inequalitatis alia proportione inequalitatis minoris est vel maior vel minor: istam sicut proximam per impossibile demonstrabis: et deduces aduersarium ad hoc impossibile ꝙ aliqua ꝓportio inequalitatis maioris et aliq̄ proportio inequalitatis minoris sint equales: et per consequēs ꝙ maius aliquo et minus illo adinuicē adequantur: ergo de mathematicis pretermittendis. Hec dicta sufficiant.

¶ Capitulum secundum in quo disputat quatuor op. de ꝓportione velocitatum in motibus.



Istis introductorijs ꝓlibatis ad illud quod ꝓpositum est ab initio accedamus. Et primo more Aristo. reprobemus opiniones erroneas. vt magis veritas patefiat. ¶ Opiniones erronee ad propositū pertinentes sunt q̄tuor.

Quarū p̄ma ponit ꝓportionē velocitatū in motibus sequi excessum potentie motoris ad poᵐ rei mote: et hoc capit euidentiā. p̄ de celo. caplo de infinito. ex textu dicente. proportionaliter oportet sm̄ excellentias motoris &c. et ex dictis Auer. super quartū physicorū: cōmento. 71. dicentis. Omnis motus est sm̄ excessum motoris super rem motam: et. 7. physicorum. commento. 35. sic dicit velocitas ꝓpria vniuscuiusqꝫ motus sequitur excessum potentie motoris super potentiā moti. Et commento. 39. f. vltimo dicit illud secundum excessum potentie alterantis suꝑ potentiam alterati erit velocitas alterationis et quantitas temporis: et multa similia asserit in multis locis.

¶ Hec autē opinio destrui potest multis modis. ¶ Primo sic. Nam data ista opinione sm̄ illud: sequitur ꝙ aliquis motor moueret aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore: et medietas motoris non mouebit medietatem moti ꝑ illud spacium in equali tempore: sed tantum per medietatem spacij: consequentia patet: quia totum mouens excedit totum mobile ꝑ totum excessum: et medietas motoris medietatē moti ꝑ medietatem excessus: sicut quaternarius excedit binarium: et medietas eius. s. binarius excedit medietatem illius. s. vnitatem ꝑ vnitatem tantum: que medietas est excessus. et falsitas cōsequentis patet per Aristo. septimo physicorum. in fine. vbi ꝓbat istam conclusionem ꝙ si aliqua potentia moueat aliquod mobile ꝑ aliquod spacium in aliquo tempore: medietas mouebit medietatem ꝑ equale spacium in equali tempore. Et hec ratio Aristo. satis patet. scilicet. ita se habent et sm̄ eandem ꝓportionem medietas ad medietatem: sicut totum ad totū: ergo mot⁹ sunt eque veloces. ¶ Secundo sic. sequitur ex opinione ꝙ duobus motoribus mouentibus duo mobilia per equale spacium in equali tempore: illi duo motores coniuncti non mouerent illa duo mobilia coniuncta precise ꝑ equale spacium in equali tempore: sed semper per duplum spaciū: consequentia patet: quia excessus illorum duorum motorū coniunctorum ad illa duo mobilia coniuncta est duplus ad excessum vnius illorū motorum suꝑ suum mobile: sicut quilibet binarius excedit vnitatē ꝑ vnitatem: duo autem binarij qui quaternarium constituunt excedunt duas vnitates: que duali

tatem constituunt p dualitatem que est dupla ad excessum binarij super vnitatem. Et cōsimiliter est in omnibus alijs vbi duo excessa a duobus excedentibus equaliter exceduntur. Falsitas consequentis patet p phylosophum septimo physicorum. vbi philosophus probat istam conclusionem. Si due potētie diuisim moueant 2ª mobilia per equalia spacia i equali tempore: ille due coniuncte mouebūt illa duo mobilia coniuncta p equale spacium et in equali tempore cum priori: et hec ratio satis probat hoc: qz sic pportionaliter se habet motus cōpositus ad motum cōpositum sicut motus simplex ad motum simplicem. ¶ Tertio sic. tunc ex equali pportione geometrica. s. similitudine proportionū motorum ad sua mota non sequetur equalis velocitas motuum: qz nec excessuum: quoniam eadem est proportio duorū ad vnum: et. 6. ad tria: excessus tamen vnius est vnitas: alius autem ternarius: consequens autem ad quod deducitur est falsum: et contra Aristo. septimo physicorum. i fine: et multis locis. in textu. vbi semp ex equalitate motorum proportionū ad sua mota arguitur eq̄litas velocitatum in motibus. ¶ Idem vult Auer. super loca predicta super quarto physicorum. commento. 71. et super primum de celo et mundo. commento. 63. et multis alijs locis. ¶ Nec potest dici q Aristo. et Auer. intelligunt i locis predictis per proportionem seu proportionē analogicam proportionem aritbmetricam seu equalitatem excessuum: vt dicunt quidam: qz septimo physicorum probat Aristo. istam conclusionem: si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tēpore: medietas motoris mouebit medietatē moti p equale spacium in equali tempore: quoniam semper fm analogiā sicut se hz medietas motoris ad medietatem moti: ita et totus motor ad totū motum: quod tū de proportionalitate aritbmetrica: que significat eq̄litatē excessuū: dinoscitur esse falsum: vt in primo argumēto contra hāc opinionē sufficienter est ostensum. ¶ Et Auer. ibidem dicit q sic erit eadem proportio: sicut conclusiones demonstrant geometrice. ¶ Et pōt hoc demonstrari geometrice per hunc modum: sicut totus motor ad medietatem motoris: ita totum motum ad suam medietatem: ergo permutatim per septimam suppositionem primi capituli: sicut totus motor ad totum motum: sic medietas motoris ad medietatē moti. Et hoc erat probandū. ¶ Glosa etiam predicta stare non potest: quia Aristo. pbat hanc conclusionem. si duo motores moueant diuisim duo mobilia per equalia spacia i equali tēpore: illi duo motores coniunctim mouebunt illa duo mobilia coniūcta per equale spaciū in equali tempore cum priori p idē medium. Analogum enim est: et per analogum intelligit proportionale: sed non proportionalitate aritbmetrica: quia non secundum equalem excessum excedit simplex motor simplicem motum: et motor cōpositus compositū: vt ex 2º argumento contra hanc conclusionem appa ret. Et Auer. ibidem. s. commento. 38. probat q erit eadem proportio non equalis excessus per primam cōclusionem quinti euclidis. d. Si fuerit quotlibet q̄titates aliarum: totidē eque multiplices aut eque maiores aut eque minores: aut singule singulis equales: necesse est quemadmodum vna earum ad sui comparem: totumq ex his aggregatum ad omnes illas pariter acceptas similiter se habere: ergo glosa pdicta nō ē vera. ¶ Quarto sic. tunc sequitur q aliquod mixtum habens resistentiam intrinsecā velocius mouetur in pleno q̄ in vacuo. sit. n. a. graue mixtum habens potentiam motiuam et potentiam resistiuam in se: et descendat ex se in aliquo medio quod sit. b. et sit. c. terra pura minoris potentie q̄ excessi. a. super totam resistentiam suam: tunc. a. haberet ex se motum certe velocitatis in vacuo: subtilietur ergo. b. medium donec. c. moueatur equali velocitate in b. cum. a. in vacuo. Et tunc ponatur. a. in illo medio cum c. et mouebitur velocius illo. habet enim maiorem excessum: et. c. mouetur tunc in illo medio equa velocitate cum. a. in vacuo: ergo mouetur velocius in illo medio pleno q̄ in vacuo. Qz autem. b. possit subtiliari donec. c. moueatur in illo velocitate predicta apparet: quia ad q̄scumq velocitatem datā pōt motus localis velocitari per subtilitatem medij: vt patet quarto physicorum. capitulo de vacuo. vbi supponit q p subtiliationē medij manente eodem motore possibile esse deuenire ad quācumqz velocitatem motus localis datam. ¶ Per hoc concluditur q posito motu locali in vacuo idem mouetur localiter eque velociter in vacuo et pleno. ¶ Quinto. tunc sequitur q si aliquis motor excederet suam resistentiam per minorem excessum q̄ alius suam: tardius moueretur ille: quod falsū est: vt patet ad oculū. Descendat ergo terra pura cum aliqua resistentia quā secūdum aliquem excessum excedat: et descendat alia terra minoris potentie excessu maioris terre ad suam resistētiam. Et maneat maior terra et sua resistentia non alterata. Et subtilietur mediū in quo mouetur minor terra donec moueatur eque velociter cum maiori: et tunc minor terra eque velociter moueat suam resistentiā sicut maior suam: et tamen illam per minorem excessum excedit. ¶ Sexto sic. tunc sequitur q si terra pura moueatur in aliquo medio quod in dupla pportiōe excederet illud vł maiori nō posset mouere in duplo velocius i aliq̄ alio medio. non enī posset excedere aliqd aliud mediū per duplum excessum. Quoniam tunc totum erit excessus: et tunc manente eodem motore non in infinitum p subtilitatem medij posset motus velocior generari: qd ex prioribus constat esse falsum. ¶ Septimo sic. tunc sequitur q si aliquis motor excederet suam resistentiam per maiorem excessum q̄ alius suam: velocius moueret illam. Et tunc quodcumqz mobile quod per maiorē excessum excederet q̄ debilior motor: sicut pulicus vel musca: vel aliquid huiusmodi suum mobile moueret illo velocius. Et cum homo per maiorem excessum excedat quodcumqz mobile cum quo potest mouere maius q̄ debilior motor excedat: sequitur q homo fortius moueret quodcumqz mobile cum quo potest mouere maius velocius q̄ debilior motor moueret aliquod mobile cum quo posset mouere; quod experimentaliter declaratur esse falsum. detur enim q musca portando aliquod motiuū velociter multum volat: et pulicus aliquod motiuum velociter satis mouet: et homo fortis vnum magnum mobile quod vix potest mouere mouet valde tarde: et lz illi mobili apponat maius q̄ qd musca vel pulicus posset mouere: tū mouet suum motū nō multum tardius tunc q̄ prius. ¶ Ex his omnibus sufficienter ostenditur ista conclusio negatiua. proportio velocitatum in motibus non sequitur excessum potentie motoris super potentiam rei mote. ¶ Contraria autem his non difficile est soluere: quoniā Aristo. et Auer. qui dicunt q velocitas in motu sequitur excellentiam siue excessum potentie motoris super rem motā: vł aliquod hº intelligunt per excellentiam siue excessum

ꝓportionē maioris inequalitatis qua potētia motoris ex-
cellit siue excedit potentiā rei mote.

¶ Secunda pars secundi capituli.

Sequitur de secunda opinione erronea ponente ꝓportionalitatem velocitatis in moti-
bus sequi proportionem excessus motoris super poten-
tiam rei mote: ⁊ hoc videtur fundari in dicto Auerroys
super .7. physico. cōmen. 36. ibi. n. dicit: ꝙ velocitas mo-
tus est secundū proportionem excessus potentie moto-
ris super potentiā moti. ¶ Hec autē opinio debet re-
dargui tāq̄ prima. ponatur. n. ꝙ ꝓportio potentie moto-
ris excessus super potentiā rei mote: sit equalis poten-
tie rei mote cōstat ꝙ tunc nullus motor posset mouere
aliqđ mobile velocius nec tardius illo motu: quia nul-
lius motoris ꝓportio excessus sue potentie ad potentiā
rei mote potest eē maior vel minor. vt per septimā con-
clusionē p̄mi capituli p3. ¶ Secundo sic. mouens pri-
mo mouet totum per potentiam suam totam: ⁊ non per
excessum sue potentie. ergo motus ⁊ velocitas eius pri-
mo ⁊ p̄ncipaliter consequitur habitudinē ⁊ proportio-
nem totius potentie motoris ad potentiam moti: ⁊ non
ꝓportionem excessus nisi fuerit accidētaliter: ⁊ ex con-
sequenti. sic ergo patet ista conclusio negatiua. ꝓportio
velocitatis in motibus non sequitur ꝓportionem exces-
sus potentie motoris supra potentiam rei mote. dictum
autē Auerro. siquis intelligēs glosare voluerit: potest:
sicut alias auctoritates pro p̄ma opinione adductas.

¶ Tertia pars secundi capituli.

Sequitur de tertia opione erronea que ponit ꝓportionem velocitatis in motibus ma-
nente eodem motore vel equali sequi ꝓportionem pas-
sorum: ⁊ manente eodem passo vel equali sequitur ꝓpor-
tionem motoris. ¶ Et hoc quantum ad p̄mam partem
videtur fundari in textu Aristo. in multis locis: nā .4.
physicoꝝ. capitulo de vacuo sic dicit. sit enim b. quidē
aqua. d. vero aer: quanto igit̄ aer subtilior aqua ⁊ incor-
poralior: tanto citius a. mobile per d. mouebitur q̄ per
b. habet ergo eandem ꝓportionem secundū quā aer di-
stat ab aqua velocitas ad velocitatem. quare si duplici-
ter subtile est aer in duplici tempore: quod est ipsum b.
pertransibit a. q̄ d. ⁊ textus sequēs manifeste supponit
ꝙ manente eodē motore: ⁊ medio variato ꝓportio ve-
locitatum in motibus sequitur ꝓportionem mediorū
econuerso. s. ꝙ maius tempus correspondet motui per
mediū densius: ⁊ minus tempus per subtilius medium
correspōdet. Et p̄mo de celo ⁊ mundo. caplo de infinito
sic dicit. ab eodē. s. agente supponat̄ in pluri vel in mino-
ri tempore maius ⁊ minus pati quecūq; ꝓportionaliter
tempore diuersa sunt. Et. 7. physicoꝝ. vult Aristot. ꝙ si
aliqua potētia moueat aliquod mobile per aliquod spa-
cium in aliquo tempore: eadem potentia mouebit me-
dietatem eiusdem mobilis per duplum spaciū in equa-
li tempore: ⁊ per idē spaciū in medietate temporis.
¶ Tantum sit ꝓ p̄ma parte positionis istius. Et ꝓ secun-
da parte istius positionis supponit Aristo. 4. physicoꝝ.
capitulo de vacuo: ꝙ grauia ⁊ leuia diuersa in quantita-
te si alias similiter se habeant mouēt̄ per equale spa-
cium in eodem medio velocius ⁊ tardius secundum ꝓ-
portionem grauium ⁊ leuium adinuicē. Septimo phy-
sicorum in fine secundum expositionem Auerroys vult
Aristo. ꝙ si aliqua potētia moueat aliquod mobile per
aliquod spacium in aliquo tempore: dupla potentia mo-
uebit idem mobile per duplum spacium in equali tem-
pore. Octauo physicorum versus finem: vult Aristo. ꝙ
potentia motiua dupla ad aliam mouebit idem mobi-
le in medietate temporis qđ potētia minor in toto tem-
pore proportionaliter ⁊ vniuersaliter: ita ꝙ potētia mo-
tiua maior alia moueat idē mobile: qđ potentia minor
in minori tempore proportionaliter secundum conuer-
sionē proportiōis. s. ꝙ maiori debetur tempus minus:
⁊ minori maius. ¶ Et illud vult Aristo. primo de celo.
capitulo de infinito. vbi loquēs de grauibus que debēt
descendere per equale spacium in eodem medio sic di-
cit. analogiam. i. proportionem quam grauitates habēt
tempora ecōuerso habebunt. puta si media grauitas in
hoc: dupla in medietate eius. ¶ Et tertio de celo vbi ꝓ-
bat Aristote. corpus omne motum recte grauitatē aut
leuitatem habere: supponit ꝙ grauia inequalia in velo-
citate pertranseunt spacia eis proportionalia in eodem
medio ⁊ in eodem tempore. ¶ Idem patet per primā
conclusionem de ponderibus que sic dicit. Inter queli-
bet grauia est velocitas in descendendo: ⁊ ponderis eo-
dem ordine sumpta proportio. ¶ Idem per rationē po-
terit sic ostendi. si vnus motor sit precise in duplo maio-
ris potentie q̄ alius: precise in duplo plus potest moue-
re idem mobile: vel equaliter duplum mobile. nā si sit
duplum precise potest precise duplū facere: quia si pos-
set plusq̄ duplū facere esset potentie maioris q̄ duple.
Hec pro secunda parte positiōis istius: ⁊ sic ista positio
quantum ad vtrāq; partem videtur fundata.

Ista tamen positio est dupliciter redarguēda. Primo super insufficientia. Secū-
do super mendacio. Est autem insufficiens: quia non do-
cet proportionem velocitatum in motibus: nisi in qui-
bus est idem motor vel equalis: seu idem mobile vel
equale. De motibus autem vbi diuersantur tam mouē-
tia q̄ mota penitus nihil dicit. ¶ Est aūt hec positio ex
mendacio arguenda: quia aliqua potentia motiua loca-
lis potest mouere aliquod mobile aliq̄ tarditate: ⁊ po-
test mouere dupla tarditate. ergo per istam positionem
potest mouere duplū mobile: ⁊ potest mouere quatru-
pla tarditate. ergo quatruplum mobile: ⁊ sic in infini-
tum. ergo potentia motiua localis esset infinita. ¶ Si-
militer autē potest argui de quolibet mobili. nam qđ-
libet mobile potest moueri aliqua tarditate: ⁊ dupla et
quadrupla: ⁊ sic sine statu. ergo ab aliquo motore ⁊ sub-
duplo ⁊ sub quatruplo: ⁊ sic sine fine. ergo quodlibꝫ mo-
bile a quolibet motore potest moueri. ¶ Non potest
dici ꝙ tarditas motus nō potest in infinitū diuidi: quia
si sic. sit a. tarditas mobilis que diuidi non potest. vol-
uatur igitur spera seu corpus colūnare super axem quie-
scentē a tarditate. tunc in aliqua parte iuxta polum spe-
re siue axē corporis columnaris est tarditas dupla ad
a. vt est satis notum: ⁊ facile demonstrari. tunc cum il-
la parte colligetur chorda fortis ⁊ longa in cuius extre-
mo alligetur aliquod ponderosum quod sit b. tunc tar-
ditas b. motus est dupla ad a. tarditatē: ⁊ hoc est quod
volumus demonstrare. ¶ Nec potest cauillator dice-
re ꝙ motus b. est motus per accn̄s vel in potētia tantū.
Et ideo non facit ad propositū: quia ille motus hꝫ mo-
torē in actu siue mobile in actu termios a quo ⁊ ad quē
in actu tempus in actu ⁊ spaciū siue locum in actu per-
transitum. ergo est motus in actu. ¶ Nec potest dicere
ꝙ motor non est in actu: sed in potentia: quando est spe-
re pars: vel corporis colūnaris: quia totum mouet pri-
mo: ⁊ pars ex consequēti. Et etiam si tunc homo extra-

beret illud ponderosum per chordam cum manu illud mouet per accidens: quia per partē hominis: ⁊ quia etiā tunc nullus motus ab extrinseco esset motus per se vel in actu: quia nullum mouens extrinsecum potest secundum se totum applicari moto: sed secundum partez tantum. ❡ Tertio. ista positio est propter mendacium arguenda: quoniam experimentaliter sensus docet hu[ius] positionis contrariū. Uidemus enim ꝙ vno homine mouente aliquod ponderosum ꝙ vix potest mouere motu valde tardo. si alius sibi coniungatur illi duo mouent illud motu plusquā in duplo velociori. ❡ Idem pz manifeste de pondere alligato ad axez circūuolubilē qd̄ p[er] suum descensum mouetur insensibiliter: ⁊ voluat axem siue rotam motu īsensibili: sicut accidit in horologio: ad qd̄ si suspēdatur tantū aliud pondus totuz descendet ⁊ circūuoluet̄ circa axem seu rotam multuz plus q̄ȝ in duplo velocius: vt sensui sufficienter constabit. Consimiliter autem accidit de tarditate moto manente ⁊ diminuto motore: ⁊ econuerso. Et sic patet ista conclusio vera. ꝓportio velocitatis in motibus manēte eodem motore vel equali non sequitur ꝓportionem passorum: nec manente eodem passo: nec equali sequitur proportionem motoris.

❡ Pro rationibus autem que illam positionem videntur fundare: videtur dicendum ꝙ omnes auctoritates volentes ꝙ existente eodem motore proportio velocitatum in motibus sequitur proportionem passoruz: intelligunt̄ ꝙ sequit̄ proportionē passoꝝ ad sua agētia. ❡ Et ideo pro prima auctoritate. quarti physicoruz. dicendum ꝙ Aristo. intelligit ꝙ quanto est minor proportio aeris propter maiorem subtiliationem ⁊ incorporeitatem q̄ȝ aqua ad illud qd̄ dz vtrūqȝ diuidere: tanto citius mouetur per aerem q̄ȝ per aquam: quoniam quanto proportio aeris ad aquam est minor ꝓportione aque ad idem tanto ꝓportio illius ad aerem est maior q̄ȝ ad aquam: ⁊ ꝓportio velocitatum in motibus sequitur ꝓportionem mouentium ad res motas. vt posterius ostēdetur: ⁊ ita auctoritas alia allegata similr̄ est glosanda. ❡ Et illa primo de celo ⁊ mundo que dicit. ab eodem eniz supponit̄ in pluri ⁊ in minori tempore maius ⁊ minus pati quecūqȝ proportionaliter tempori diuisa sunt .i. quorūcūqȝ proportiones ad illud idem agens proportionaliter temporis sunt diuise. ❡ Conclusio autem allegata ex septimo physicoꝝ que dicit. si aliqua potentia moueat aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore: eadem potentia mouebit medietatez illius p[er] duplum spaciuz in equali tempore intelligit per medietatem mobilis partem mobilem habentem ad istam potentiam motiuam medietatem proportionis totius mobilis. Et hoc bene pz per Auerro. qui ibi probat conclusionem predictam hoc modo. Cuz diuiserimus motum .i. rē motā continget necessario. vt proportio potentie motoris ad motum .i. ad rem motaz: sit dupla istius proportionis: quod tamen esset falsum nisi intelligeret modo dicto: quoniam lz totum habeat aliquaz proportionem ad aliquod totuz non sequitur ꝙ habeat duplā proportionez potentia motoris ad medietatē illi[us]. vt in sequentibus ostendetur: ⁊ per ista auctoritatum sequētium glosa patet. ❡ Conclusio autem allegata de ponderibus similiter dz intelligi inter quelibet grauia ⁊c. idest inter quelibet grauia est velocitas in descendēdo ⁊ ponderis ad suam resistentiam eodez ordine sumpta ꝓportio: ⁊ hoc debet intelligi resistentia existente equali huic. Auctor tamen non ponit ꝑnci[pi]a illaz conclusionē probantia. ❡ Potest tamen obijci contra glosaz predictam: quia nullus cōmentator probat illam conclusionen ad intellectū predictum: sed ad aliuz quem habet ista positio: quia nulla est proportio nec excessus potentie motiue ad potentiam resistitiuam. Et ad sensum quē verba istius conclusionis pretendunt dicendum ꝙ nullus Commentator quem nos vidimus probat istam conclusionem ad intellectum predictum: sed ad modum alium. nam vnus cōmentator capit pōdera inequalia: ⁊ duas lineas inequales descensum istarum designantes: ⁊ primo capit tanq̄ȝ datum ab aduersarijs ꝙ proportio maioris ponderis ad minus est maior proportione maioris linee ad minorē. Ex quo cōcludit esse minorem proportionem ponderuz q̄ȝ descensuū: cuius oppositum etiam datur. Illud autez non obuiat: quod primo erat dictum maiorem proportionem esse maioris ponderis ad minus proportiōe minoris descēsus ad maiorē: ⁊ hoc non repugnat: sed sequitur conuersiz esse proportionez minorem. s. minoris ponderis ad maius q̄ȝ minoris descensus seu linee ad maiorē. ❡ Alius aūt cōmentator similiter cuz primo capit duo pondera inequalia: ⁊ istorum descensus inequales: ⁊ apponit minori ponderi aliquod pondus: vt ex ambobus compositū sit equale maiori: ⁊ supponit ꝙ descensus ponderis appositi per se per tempus equale ponderi porum descensuum illi appositus minori descensui adequatur: ⁊ illud non est prius probatum: nec per se notum: nec sequens: nec est vniuersaliter verum: sed in pluribus casibus est falsum q̄ȝ verum. vt ex sequentibus apparebit: ⁊ ex isto supposito cōcludit ꝙ minor est proportio maioris ponderis ad idem pondus appositum q̄ȝ maioris descensus ad descensum illius ponderis appositi: cuius contrariū asserit auctor datus: sed non est ita: quia non erat prius datum vniuersaliter quorūlibet ponderum: inequaliū esse maiorem proportionem maioris ad minus proportione suoꝝ descensuum. Et illi non repugnat ꝙ aliquorum duorum ponderum inequalium sit minor proportio maioris ad minus ⁊ suorum descensuum eodem ordine acceptorum aliquorum simul maior ⁊ aliquorum minor: vt in sequētibus est lucide demonstratū. ❡ Ad rationem que auctoritatibus plus mouet dico ꝙ consequentia prima non valet: ⁊ propositio talis adducta ad probationem istius est vera: quia simpliciter dupla potentia minoris potentie potest mouere duplum mobile mobili minoris potentie per equale spaciū in equali tempore: sed ex hoc non sequitur ꝙ possint mouere illud mobile in duplo velocius: sed bene sequitur ꝙ possint mouere illud mobile tanta velocitate maiori quātum est duple diffi[cultati]s ad velocitatem priorem: ⁊ duplaz virtutem requirit: ⁊ vna velocitas aliquando erit precise dupla prioris: aliquādo autem maior q̄ȝ dupla: quandoqȝ vero minor. vt ex sequentibus erit clarum.

Quarta vero opinio ponit ꝙ nulla est proportio siue excessus potentie motoris ad potentiam resistitiuam. Et ideo proportio velocitatum in motibus non sequitur aliquā proportionez nec excessum potentie motiue ad potentiam mobilem: sed quoddam dominium et habitudinem naturalem motoris ad motuz: ⁊ hec positio videtur fundari super Auerro. supra. 8[um] physicoꝝ. cōmen. 79. vbi in solutione questionis dicit: ꝙ potētia nō corporea nō dr̄ finita nec infinita: q[ui]a finitū ⁊ infinitū tm̄ de corporibus dicit̄: ⁊ sic

vna potentia incorporea non potest dici maior alia. maius eniz ⁊ minus solius est quātitatis. Nec etiaz potentie separate a corpore sunt proportionales: nec habent proportionem: quoniaz proportio solius est magnitudinis ad magnitudinem. ¶ Ex istis videtur sequi ꝙ nulla potentia motiua est finita vel infinita: nec maior vel minor: nec aliquo modo proportiōalis potentie rei mote: quia omnis potentia motiua non est corpus: sed forma extensa in corpore: vel a corpore separata. ¶ Et hec positio vna cum dicto Auerro. per diffinitiones proportionis poterunt confirmari. ¶ p̄. Proportio est cōparatio rei eiusdez generis. vt patet per diffinitionem ꝓportionis. primo de celo assignataz: sed potentia actiua ⁊ passiua non sunt eiusdem generis vt videtur. ¶ Preterea. si potentia actiua ⁊ passiua haberent proportionē adinuicez: tunc essent comparabiles. ergo essent eiusdē speciei. consequens falsum: quoniaz potentia diuiditur per actiuū ⁊ passiuuz. vt genus per differētias repugnātes. ⁊ consequentia patet per Aristo. 7. physicoꝝ versus finez. vbi dicit: ꝙ omnia que debent comparari adinuicem tam subiectum siue subā cōparatōis ꝗ illud siue illa in quo: vel in quibus est comparatio esset eiusdez speciei indiuidualis: ⁊ differentiam nullam habentis.

¶ p̄. Si potentie motiue esset aliqua proportio ad potentiam rei mote illa esset proportio inequalitatis maioris: quia debent excedere potentiam rei mote: ⁊ cum omne excedens aliud diuidatur in excellentiaz: ⁊ in id quod excellitur. vt patet. 4. physicorum. capitulo de vacuo: sequitur ꝙ quelibet potentia motiua potest diuidi isto modo: quod est falsum. Quia omnes potentie motiue incorporee sunt indiuisibiles. similiter est aliqua potentia motiua corporea minor secundū extensionez ꝗ potentia rei mote. ¶ Nec potest dici ꝙ Aristote. loquatur ibi tm̄ de excellētia ꝓprie que tm̄ in quātitate reperitur: quia loquitur de excessu subtilitatis ad subtilitatez. ¶ Ad idem Aristo. pmo rhetoricee. capitulo. 8. vbi determinat de maiori bono ⁊ magis conferente sic scribitur: sit itaqꝫ excedens quidez tantū ⁊ amplius. excessum autem in quo excedit. non ergo dictum Aristo. vlr̄ ter tm̄ de excellēte ꝓprie esset verum.

¶ Ista autem positio poterit reprobari: quia si inter potentias non esset ꝓportio eo ꝙ non sunt quantitates eadem ratione nec inter voces: ⁊ tunc totius musice modulatio deperiret. nā epthodus siue tonus in sexquioctaua proportiōe ꝯsistit. dyatesseron i sexquitertia. diapente in sexquialtera. dyapason que ex diapente ⁊ dyatesseron componitur in dupla. dyapason cum dyapente in tripla: ⁊ bis diapason in quadrupla proportiōe fundatur: vt ex diuersis locis musice satis patz. ¶ Preterea. Auerro. 7. physicoꝝ. cōmento. 36. ⁊. 38. probat quasdam conclusiones de proportione velocitatum in motibus propter quasdam geometricas cōclusiones. vt in tertio argumēto ⁊ ꝯ pmā opinionē apparet. pmo de celo. commento. 65. probat istam conclusionem in textu. nullum finitum potest mouere infinitum capiendo ab aduersario ꝙ infinitum potest mouere finitum in tempore finito: ⁊ ꝙ agens finitum in eodez tempore potest mouere partem istius passi finiti: ⁊ tunc capit aliquod mouens finitum quod se habet ad primum mouens finite acceptum: sicut totum passum finitum ad illam partez: ⁊ arguit permutatim per. 16. quinti elementoꝝ euclidis: ꝙ sic se habz maius mouens ad maius motū sicut minus mouens finitum ad illaz partem. ex quo concludit maius mouens īfinituz mouere illud passum totū in equali tempore: quo minus mouet minus finitū. i. illam partem: ⁊ in tempore quo agens infinitum etiam mouet illud totum. ¶ p̄. Secundū illam positionem: ⁊ secundum veritatem potentia motiua dominatur supra potentiaz rei mote. ¶ Secundo. secundū Auerro. multis locis potētia motiua excedit potentiam rei mote: ⁊ motiuum est maioris potentie ꝗ res mota. ergo sibi dominatur ⁊ excedit ⁊ est maioris potētie. sic ergo oportet ꝙ hoc sit secundū aliquā proportionem proprie vel communiter acceptā: ⁊ Aristote. ⁊ Auerro. supponūt multis locis aliam esse proportionem potentie motoris ad potentiam rei mote: ⁊ sic patet hec affirmatiua conclusio que est. potentie rei mote ad potentiam resistitiuaz aliqua proportio reperitur.

¶ Prime autem rationes pro ista opinione faciliter soluuntur per diffinitionem proportionis primo celi prelibatam. nam inter potentiam motiuam ⁊ potentiā resistitiuam proportio non proprie dicta: sed cōmuniter reperitur. Alia autem ratio de comparatione soluitur per consimilem distinctionez comparationis. Auctoritas eniz allegata intelligitur de comparatione proprijssime non cōmuniter dicta. notum est enim ꝙ in genere fit comparatio vt virtuosior: sciētior. ⁊ sic de similibus: ⁊ in genere generalissimo. nam forma est magis substātia ꝗ materia vel compositum ex ambobus: ⁊ etiam in transcendente omne genus: quoniaz substantia est magis ens ꝗ accidens. ¶ Pro vltima ratione dicendū verum esse potentie motiue ad potentiaz rei mote aliquā proportionez ⁊ excessuz loquendo cōmuniter reperiri. ¶ Et ad auctoritatem dicentem ꝙ omne excellens diuiditur in excellentiaz: ⁊ in illud quod excellit. Dicendum sicut excellens est duplex: sic etiaz diuidi in excellentiam ⁊ in illud quod excellitur est dupliciter. s. communiter ⁊ proprie. Omne enim excellens proprie diuiditur isto modo. excellēs vero cōmuniter silr̄ partitur. Omne enim excellens cōmuniter et per diuisionez excellentis potest reuerti ad similitudinez vel equalitatē illius quod excellit: ⁊ sic potest capi tota latitudo qua excellit ⁊ similitudo siue eq̄litas que in potentia in excellente continetur. Uel sic. Omne excedens aliud cōmuniter diuiditur in excellentiaz: ⁊ in illud quod excellitur. verum est non in se: sed in cōparatione ad aliquid extrinsecum. puta actionem vel passionem siue resistentiam: ⁊ sic potentie motoris ⁊ moti ⁊ resistentie cuiuslibet possunt omnibus modis secundum excellens ⁊ excessum adinuicem comparari. ⁊ ideo si capiatur potentia motiua equālis potentie resistitiue eadem potentia motiua est dupla medietatis illius potentie resistitiue: non quia duplum potest mouere: sed duplum illius est precise tante velocitatis in resistendo: sicut ista potētia motiua in mouendo: ⁊ de omni alia proportione motoris ad motum proportionaliter est ponenduz. hec ergo opinio vna cū priori erronea demonstrat.

¶ Caplm. III. In quo ponit propriam opinionem.

Is ergo ignorantie nebulis demonstrationum flatibus effugatis superest vt lumine scientie resplēdeat veritas. Scientia autem veritatis ponit quintā conclusionem dicentem ꝙ proportio velocitatum in motibus sequitur proportionem potentie motoris ad potentiam rei mote: ⁊ hoc est quod vult Auer. super quarto physicoꝝ. cōmento. 71. sic dicens. vbi manifestum est ꝙ causa diuersitatis ⁊ equalitatis motuuz est equalitas ⁊ diuersitas proportionis motoris ad rez motam. ¶ Cum ergo fuerint duo motores ⁊ duo mota: ⁊ proportio alterius motoris ad alterum motuz fue-

rit: sicut proportio reliqui motoris ad reliquum motū. tunc duo motus erunt equales in velocitate: ⁊ cum diuersatur proportio diuersabitur motus secundū illam ꝓportionem. Et infra eodem cōmento. Diuersitas motuum in velocitate ⁊ tarditate est secundū hanc proportionem que est inter duas potentias. s. motiuā ⁊ resistiuam. Et secundo de celo. cōmento. 36. sic dicit. velocitas enim ⁊ tarditas non fit nisi secundū proportionem potentie motoris ad potentiam rei mote: quanto ergo fuerit proportio maior: tanto motus est velocior: ⁊ quāto proportio minor: tanto motus erit tardior. Et septimo physicoꝝ. cōmento. 35. ex duplatione proportionis potentie motoris ad motum arguit duplationem velocitatis in motu. sic dicens. Cū diuiserimus motum necessario cōtinget: vt proportio potentie motoris ad motum sit dupla istius proportionis ⁊ sic velocitas erit dupla ad istam velocitatem. Et cōmento vltimo sic dicit. hec duo. s. velocitas alterationis ⁊ quantitas temporis sequentur proportionem inter alterans ⁊ alteratum. si ergo ꝓportio fuerit magna: velocitas erit magna: ⁊ tempus breue: ⁊ econuerso. Ad idē est Aristo. ⁊ Auerro. vt ꝑꝫ. 3. argumento contra primam opinionem valde multis locis: ꝙ equalitatē proportionis motoris ad motū. sequitur equalis velocitas motuū: equalitas ergo proportionis motoris ad mota est causa qua primo posita ponitur ꝓmo equalitas velocitatis motuum ⁊ qua primo remota ꝓmo remouetur. ergo equalitas proportionis motoris ad mota est prima ⁊ precisa causa equalitatis ⁊ velocitatis in motibus. Preterea non videtur aliqua positio qua possit rationabiliter saluari velocitas in motibus: nisi aliqua iam dictarum: sed quattuor opiniones sunt destructe: nisi ergo remanet quinta vera. sic ergo ꝑꝫ ista conclusio. Uera ꝓportio velocitatis in motibus. sequitur proportionem potentiarum mouentiū ad potētias resistitiuas: ⁊ ecōuerso. ¶ Uel sic sub aliis verbis. eadem sententia remanente: proportiōes potentiarum mouentium ad potentias resistitiuas: ⁊ velocitates in motibus. eodē ordine proportionalitatis sunt existentes: ⁊ similiter ecōuerso: ⁊ hoc de geometrica ꝓportione intelligitur.

¶ Secunda conclusio. Si potentie mouentis ad potentiā sui moti sit dupla proportio potentia motiua duplicata mouebit idem motum precise in duplo velocius. hāc ostensiue demonstres sic. sit a. potentia motiua dupla ipsius b. potentie resistitiue: ⁊ sit c. potentia motiua dupla ipsius a. tunc ꝑ primā conclusionem primi capituli proportio c. ad b. est precise dupla ad proportionem a. ad b. igitur ꝑ proximam c. mouebit b. in duplo velocius q̄ a. mouebit b. ⁊ hoc est propositum.

¶ Tertia conclusio. Si potentie mouentis ad potentiā sui moti sit dupla proportio eadē potentia mouebit medietatē eiusdem moti velocitate precise dupla. hanc vt proximam demonstrabis.

¶ Quarta conclusio. Si potentie mouentis ad potentiā sui moti sit maior q̄ dupla proportio: potentia motiua geminata eiusdem moti duplam velocitatem nequaq̄ attinget. hoc per quartam primi: ⁊ primam secundi concluditur ostensiue.

¶ Quinta conclusio. Si fuerit potentie mouentis ad potentiam sui moti maior q̄ dupla proportio eadē potentia mouente medietatem eiusdem moti velocitas moti nullatenus fiet dupla. hoc per tertiam primi: ⁊ per primam tertij ostensiue patefiet.

¶ Sexta conclusio. Si potentie mouentis ad potentiā sui moti sit minor q̄ dupla ꝓportio: dupla potentia mouente idem motum motus vltra duplam velocitatem excrescet hoc ꝑ septimā ꝓmi. ⁊ ꝓmam tertij facile patefiet.

¶ Septima conclusio. Si potētie motoris ad potentiā sui moti sit minor q̄ dupla proportio eadē potentia mouente medietatem eiusdem vltra duplam velocitatem transibit. ꝑ quintā ꝓmi ⁊ ꝓmā tertij ostensiue patefiet.

¶ Octaua conclusio. Ex nulla proportione equalitatis vel minoris inequalitatis motoris ad motum sequitur vllus motus. hanc per primam tertij. ⁊. 7. ⁊. 8. primi demonstratiue cōcludes: adiuncta hac suppositiōe que per se nota est. Omnes motus eiusdem speciei secundū velox vel tardū possunt adinuicē cōparari.

¶ Nona conclusio. Omnis motus ex proportione maioris inequalitatis producitur: ⁊ ex omni proportiōe maioris inequalitatis fieri potest motus. prima pars huius per primam ⁊ octauam tertij: suppositione proxima adiuncta patebit. Secunda pars huius apparet: eo ꝙ ois excessus motoris ad motum sufficit ad perducendum motum: vt est alibi demonstratum.

¶ Decima conclusio. Quocunq̄ motu dato precise motus in duplo velocior: ⁊ in duplo tardior inueniri potest. hec per primam tertij: ⁊ secundam partem prime eiusdem concluditur: auxiliante ista suppositione per se nota: proportio maioris inequalitatis motoris ad motum in additiōe ⁊ diminutiōe duplari poterit in infinitū.

¶ Undecima conclusio. Quandocunq̄ grauius alio in eodē medio tardius ⁊ velocius illo ⁊ eadem velocitate pōt descēdere. ꝓbat̄ sic. sit. n. a. graue mixtū ex graui ⁊ leui quantūlibet habens pondus. ⁊ b. graue simplex ita parui ponderis vt desideras: ⁊ subtilietur aliquod medium donec b habeat ad illud equalem proportionem proportioni grauitatis a. ad leuitatem in eo: vel maiorem: ⁊ ponatur in isto medio: tunc grauitas a. habet minorem proportionem ad suam resistentiam intrinsecā ⁊ extrinsecam q̄ b. habeat ad suam resistentiā. ergo per quintam tertij a. tardius mouetur q̄ b. ¶ Iterū econtra. condensetur mediū donec proportio b. ad illud sit minor proportione grauitatis a. ad suam resistentiam intrinsecam ⁊ extrinsecam: tunc per primā huius a. mouetur velocius q̄ b. ¶ Secundo adaptetur sic medium ꝙ proportio b. ad illud sit equalis proportionis grauitatis a. ad suam resistentiam intrinsecam ⁊ extrinsecam. tunc per primam huius a. ⁊ b. eque velociter mouebūtur. Uel sic. a. habeat ex se ī vacuo motū certe velocitatis que sit c. ⁊ subtilietur aliquod medium donec b. descendet in illo velocitate c. vel minori. tunc a. positū in eodem medio tardius b. descendet. Rursus densetur medium sicut oportet ⁊ reliqua duo prouenient equalis velocitatis. manifestū est ꝙ cuiuslꝫ grauis simplicis quolibet velocitas ⁊ tarditas: ⁊ etiā cuiuslibet grauis mixti quelibet tarditas per subtiliationem ⁊ condensationem medij in infinitum poterit duplari: necnon ꝙ cuiuslibet grauis mixti quelibet velocitas per subtiliationem medij geminari non potest. istud corre^m ex ꝓdictis sufficienter constabit.

¶ Duodecima conclusio. Omnia mixta compositionis consimilis equali velocitate in vacuo mouebuntur. nā in oībus talibus motores sunt proportionales suis resistētijs. ḡ per ꝓmā h⁹ oia talia eq̄ velociter mouebunt̄. ¶ Ex hoc scies ꝙ si duo grauia mixta inequalia cōpositionis consimilis in equilibra in vacuo suspēdunt̄ grauius declinabit. sint enim a. ⁊ b. duo talia grauia a. maius. b. vero minus: ⁊ sit c. grauitas a. d. vero leuitas eiusdem. e. autē sit grauitas b. ⁊ f. leuitas sit eiusdē. tūc c. d. e. f. sūt quattuor ꝓpor^{les} ⁊ c. est maximū. f. vo minimū

ergo per octauam suppositionem primi hᵒ c. ⁊ f. pariter congregata excedunt d. ⁊ e. pariter adunata: ⁊ sic c. et f. intendūt eleuare b. ⁊ tñ d. ⁊ e. resistunt. ergo per secundam partem huius cōclusionis b. ascendet. d. vero descendet. ¶ Secunda pars capl'i tertij.

Nunc in secūda parte hui' capituli superest quedam predictorum disciplinabiliter rimari. ¶ Primo. contra istam positionē. Et primo contra p̄mā hᵒ cōclusionem sunt omnia ista que per aliq̄s opinionū dictaruʒ sunt adducta: de quibus est hic silendū q̄ de eis sufficienter est prius dictū. ¶ Secundo. ex ista positione videntur tria sequi inconueniētia. vʒ. q̄ ex equali proportione motoris ad mota quandoq̄ʒ sequatur inequalitas velocitatū in motibus. ¶ Et q̄ ex minori proportione vnius motoris ad suuʒ mobile q̄ȝ alterius ad suum quandoq̄ʒ sequatur velocitas eq̄lis in motibus: ⁊ quādoqʒ maior. ¶ Et q̄ ex minori proportione vnius motoris ad vnum motum: q̄ȝ alterius ad suuʒ sequitur maior velocitas. sint eniʒ a. ⁊ b. due terre pure ineq̄les a. maior b. minor: ⁊ sint c. ⁊ d. duo aeres inequales vniformes proportiōales a. ⁊ b. ⁊ sit c. maior. d. vero minor. ⁊ a. per suum descensuʒ diuidat c. b. vero d. vel igitur ille diuisiōes sunt equales secunduʒ tēpus: vel non. si sic. ergo a. diuidit ⁊ mouetur velocius. b. pertransibit enim maius spaciū in equali tempore: ⁊ sic pʒ primuʒ. ¶ Item manente proportione b. ad d. minoretur proportio a. ad c. donec moueatur equaliter cum b. ⁊ pʒ scd'm. ¶ Rursum maioretur modicum proportio a. ad c. non tamen ad equalitatem proportionis b. ad d. tunc a. diuidet ⁊ mouebitur velocius q̄ȝ in secūdo casu. ergo velocius q̄ȝ b. ⁊ sic sequitur 3ᵐ. ¶ Ideo dicendum q̄ stante p̄mo casu. iste diuisiones totales nō sunt equales secundū tempus: sed a. ⁊ b. propter equalitatem proportionuʒ ad sua mobilia mouerent̄ eque velociter: ⁊ iō dum b. diuidit totum d. a. diuidet de c. partē equaleʒ d. ¶ Cōtra. sit ista pars e. tunc a. mouetur eque velociter per e. sicut b. per d. ergo per secundam partem prime hᵒ proportio a. ad e. erit equalis proportiōi b. ad d. ergo est equalis proportiōi a. ad c. Quia iste sunt equales per casum: quod falsum est. Quia c. est maius e. ergo per quintam suppositionem primi 3ᵐ ad illa comparatum ad e. habet proportionem maiorē. ad c. vero minorē. ¶ Ad ideʒ de primo de celo. caplo de infinito. vbi probantur iste due conclusiones. Infinitum non potest moueri a finito: ⁊ infinitum non potest mouere finitum. subdit textus q̄ si agētia fuerint proportionabilia suis passis: mouebunt illa per totum consimili motu inequalitatū ⁊ de motu alterationis loquitur ibi textus. Et Auerro. ibi. cōmento. 63. dicit expresse q̄ si agentia fuerint proportionalia suis passis equa proportione aut alia. actiones etiam agentium in passa eis correspondentia erunt proportionabilia tēporibus equalibus. Ergo eadem ratione in proposito. nam cum a. ⁊ c. sint agentia p̄portionabilia suis passis mouebūt illa per totū in equali tempore: ⁊ secundū verbum Auerro. actiones illorum sunt proportionales agentibus. ergo quia proportiōe a. excedit b. ⁊ actio a. actionem b. ¶ Pro primo istoruʒ dicendum non esse inconueniens idem habere proportioneʒ eandem qualitatiue. s. in virtute agendi ad totum ⁊ ad partem: sed quantitatiue: quia lʒ totum ⁊ pars sint inequalia in quantitate: possunt tamen esse equalia in qualitate resistendi. Ideo sicut non differūt in qualitate resistendi: sed in quātitate: sic nec motus per ipsa differūt in qualitate motus: que est velocitas ⁊ tarditas: sed in quātitate motus que est longitudo vel breuitas tēporis. ¶ Pro secundo dicenduʒ q̄ aliqua agentia possunt esse proportionalia suis passis qualitatiue. s. in virtute agēdi: ⁊ ex illa proportionaʳ sequitur equalitas motuū qualitatiue. s. in velocitate ⁊ tarditate: vel quantitatiue. s. quo ad agendum in suum passum per totā suaʒ quantitatem: ⁊ ex tali proportionalitate sequitur equalitas motuum correspondentium. s. quantitatiue: ⁊ hoc est in longitudine ⁊ breuitate equalis motus: ⁊ sic auctoritates allegate non procedunt. ¶ Contra. tunc nulla pars aeris est equalis resistentie simpliciter ad mouendum motu diuisionis cum aliqua parte terre: cum tamen aliqua sit maioris ⁊ aliqua sit minoris. si eni aliqua sit eq̄lis alicui. sit a. pars aeris que sit equalis b. p̄ti terre. tūc a. non est equalis b. quantitatiue: nec minor illo: quia tunc b. esset resistētie maioris simpliciter q̄ȝ a. nec a. est maius b. quia duobus diuisiuis omnino equalibus in virtute ad diuidēdū simul applicatis vno qd' sit c. ad a. ⁊ reliquo ad b. qd' sit d. eque cito diuidentur: quoniam agētia sunt omnino equalia in virtute ⁊ passa. similiter ergo si c. velocius diuidit ⁊ mouet̄ q̄ȝ d. pertrāsibit maius spacium in equali tempore. ergo a. est minoris resistentie q̄ȝ b. quod per predicta satis faciliter patet. Nec potest dici q̄ dum d. diuidit b. c. diuidit de a. partem eq̄lem b. ita q̄ c. ⁊ d. equali velocitate mouentur: quia tūc aeris pars: ⁊ pars terre eēnt equales in quātitate: ⁊ totū a. ⁊ pars eius essent resistētie equalis simpliciter: quod non consonat veritati. ¶ Dicendum q̄ aliqua eē equalis resistētie est tripliciter. s. qualitatiue ⁊ quantitatiue ⁊ vtroqʒ modo. qualitatiue tripl'r ītrinsece extrinsece ⁊ vtroqʒ modo: ⁊ hec ē eq̄litas resistētie aliquoꝝ. simpl'r. Intrinsece dicūtur illa equalis resistentie que quantū ad densationem ⁊ raritatem: aut alias conditiones intrinsecas sunt eque facilia ad mouendum. ¶ Extrinsece dicuntur illa equalis resistentie que per sua iuuamēta extrinseca sunt equaliter resistitiua. aliquid enim resistit per aliquid extra ipsuʒ. Et ideo difficilius est diuidere vel alterare partem inexistentem toti: q̄ȝ si a toto fuerit separata. ¶ Hoc autem ad propositum applicando dicimus q̄ aliqua pars aeris ⁊ aliqua pars terre sūt inequalis resistentie: ⁊ hoc qualitatiue et intrinsece: q̄litatiue tamē ⁊ extrinsece tñ: vel intrinsece ⁊ extrinsece coniunctiʒ non possunt esse tales partes diuise equales in virtute: ⁊ diuidi celeritate consimili: sed equali tempore non oportet: ⁊ sic pars aeris est equalis quantitatiue parti terre: ⁊ totum ⁊ pars equalis resiᵉ possunt esse. ¶ Tertio. contra eam obijcitur per hunc moduʒ. tunc magnes velocius traheret ferrum paruum q̄ȝ magnuʒ. habet enim proportionem maiorem ad illud: quod tamen est falsum: quia moueatur magnes contiguus cuʒ ferro quod potest moueri cuʒ eo tanta velocitate quanta ipse mouetur: que velocitas sit a. ⁊ dempto isto ferro applicetur ferrum minus consimiliter eidem magneti sic moto. tunc illud mouebit velocitate a. non eniʒ precedet: nec separabitur ab eodem. ¶ Nec potest dici q̄ ferrum minus velocius moueretur: nisi impediretur a magnete: quia tunc appeteret separari ab eo: ⁊ etiaʒ ponatur tunc illud ferrum ad latus magnetis vel in medio magnetis perforati: ⁊ secundū hanc positionem separabitur a magnete: cum tamen fuerit separatum redeat ad eundem. ¶ Dicendum cuʒ Auerro. super septimo physicoꝝ. cōmento quarto: q̄ magnes nō trahit ferrum: sed cum ferrum certam dispositioneʒ suscipiat ex se mouet̄ ad illū. ¶ Cōtra illud. magnes in eq̄li tp̄e forti' pōt alterare ista alteratiōe ferrū paruū q̄ȝ magnū. g̃ ferꝝ minus mouet̄ veloci' q̄ȝ maius motu p̄dicto: qd' ex

predictis congrue scitur esse falsuz. ¶ Dicendū q̄ hoc non sequitur: quia ferrum in tali dispositione non mouetur secundū vltimum sue potentie. si enim modicuz a magnete distaret ad eum velocius moueretur q̄3 moueatur coniunctus cum illo. nam per dispositionez predictam causatam in ferro a magnete ferrum tm̄ appetit coniungi cuz illo. ꝛ ideo siue illa dispositio fuerit fortior siue debilior: si fuerit coniunctuz magneti quiescenti vel moto: per illam si possit se tenet cum eo. ¶ Dic vnum ausculta quod vulgus mirabile iudicabit. videlicet q̄ eque facile est mouere magnetez cum ferro contiguato magneti: siue sit sibi suppositum: siue supra: siue sit inclusum siue nō. sicut magnetez per se penitus sine ferro. Nō. n. resistit ferꝝ eleuanti magnetē nec magnetem eleuans eleuat ferrum: sed ferꝝ mouet̄ ex se cū magnete. Ex hoc appet q̄ magnes in equa libra cū ferro: et idē absq̄3 ferro equaliter ponderabit. ¶ Cōtra 2am ptez huiꝰ dicti: sic instat̄: tunc ꝑ primaz huius aliqua proportio mouentis ad mobile sufficiet ad motuz causanduz: ꝛ aliqua in duplo minor ista: ꝛ sic sine fine. ergo aliqua proportio mouentis ad mole equalis ꝓportiōi subduple ꝛ aliqua minor sufficit ad motum causanduz. ḡ aliquid excessum in aliqua ꝓportiōe ꝛ dupla ꝛ maiori quacūq̄3 posset illud mouere. ꝓbat̄ hō ꝯn̄tia: quia si aliqua ꝓportio mouētis ad mobile: ꝛ aliqua subdupla istius: ꝛ sic in infinitū sufficiens sit ad motum: tunc existēte aliqua ꝓportione mobilis ad motorē: ꝛ dupla illius: ꝛ sic in infinitū posset iste motor mouere illud mobile: quanto enī est minor proportio motoris ad mobile: tanto est maior proportio mobilis ad motorē: ꝛ tunc existente dupla ꝓportione vel quacūq̄3 maiori mobilis ad motorez fieri posset motus: qd̄ huiꝰ octaue repugnat. ¶ Pro istis dicendū q̄ ꝓportio maioris īequalitatis pōt minui ꝛ subduplari in infinitū: ꝛ tamen nunq̄3 proportionē equalitatis attinget: nec ad equalitatē alicuius ꝓportionis inequalitatis minoris ꝑueniet: ꝛ de additiōe ꝛ duplatiōe ꝓportionis inequalitatis minoris similiter est dicēdū. Nunq̄3. n. ad equalitatē ꝓportionis equalitatis nec alicuius ꝓportionis inequalitatis maioris poterit augeri. vt per septimā ꝛ octauā huius ꝑmi euidenter apparet: ꝛ ideo ꝯn̄tie ꝑus facte sunt negande. ergo de omnibus talibus sufficiunt que ad presens.

¶ Capm. IIII. Inq̄ moti ꝛ spacij pertractata q̄titate descendit ad motū circularē: cuius due sunt ptes. ꝑma ps.

DEclarato in gnāli de ꝓportione velocitatum in motibus in cōparatōe ad potentias mouentes: ꝛ motas: modo sequent̄ quedā spālia de ꝓportiōe velocitatū in motibus localibus circularibus in cōparatione ad quantitatem moti ꝛ ptransiti spacij. ¶ Demr̄are aūt opz ꝑmo quasdā diffinitiones: ꝛ suppositiones premittere: ꝛ paruas quasdā conclusiones ostēdere: que in alijs auctoribꝰ minime sunt inuēte. ¶ Diffinitiones sunt iste. Quadratuz est figura superficialis plana equilatera atq̄3 rectangula. vt pz. 5. elītoꝝ euclidis. ¶ Superficies sunt similes. quaꝝ anguli vniꝰ angulis alterius sunt equales: ꝛ latera equos angulos continentia proportionalia sunt inuenta. vt pz. 6. elītoruz euclidis. ¶ Quadrangulus est figura superficialis plana rectangula: cuius tm̄ latera opposita adequantur vt pōt haberi ex primo elītoꝝ euclidis. ¶ Suppositiōes sunt iste ꝑma. Omnes anguli recti inuicem sunt equales. vt patet. primo elementoꝝ euclidis.

¶ Secunda. Omniū duaruz superficierū multiangularium ꝛ similiū est ꝓportio alterius ad alteram: sicut cuiuslibet sui lateris ad suum reliquū latus alterius proportio dupla. vt pz per. 18. 6. elītoꝝ euclidis.

¶ Tertia. Omniū duoꝝ circuloꝝ est ꝓportio alteriꝰ ad alterum tanq̄3 proportio quadrati sui diametri ad quadratū diametri alteriꝰ: ꝛ h̄ est 2a. 12. elītoꝝ euclidis.

¶ Quarta. Quorūlibet duoꝝ circulorum circūferentie suis diametris sūt ꝓporles: ꝛ h̄ ē. 7. de curuis supficiebꝰ.

¶ Quinta. Omniū duarū sperarū alterius est proportio ad alterā tāq̄3 sue diametri ad diametrū alterius ꝓportio triplata: ꝛ h̄ est vltima. 10. elītoꝝ euclidis.

¶ Sexta. Cuiuslibet spere superficies equalis est quadrangulo qui sub lineis equalibus diametri spe ꝛ circūferentie maximi circuli continetur: ꝛ hec est octaua archimenidis de curuis superficiebus.

